Sstadniczky arendat Ca:stellano Sanoczen

Comparens personalr coram officio actisque praesentibus castren Premisl Generosus Stanislaus Sstadniczky de Zmigrod et in ozembar [illegible] Recognovit lingua sua quomodo [illegible] foroque competen atque praesenti [illegible] inscriptioni castren Premislien se et successores suos omnibus bonis suis incorporand. Vadiumque et corpore eius pure palam Quam summa bona tenuta sua Czyrzyk villas Bonkowice et [illegible] sibi per Magnificum Joannem Herborth de Fulsztin Castellanum Sanoczen et Capitaneum Premislien et [illegible] inscript et obligata in summa quinque millium florenorum pecunie eidem magnifico Joanni Herborth sine a festo Nativitatis Christi proxime preterito ad festum Nativitatis Christi proximo venturum pro summa certa pactaque ab eo iam accepta et quam [illegible] quiete et libere [illegible] perpetue et in eorum arendam dant et in arende inscripsit. Per prefatum Joannem Herborth et eius successores bona prefata arendat cum omni dominio et proprietate tenenda habenda possidenda nihil excipiendo neque reservando [illegible] post et successoribus suis [illegible] prout solus tenuit habuit et possidebat sine ad festum Nativitatis Christi proxime venturum et non ultra [illegible] quamque excurrent coram officio praesenti in bona prefata arendat [illegible] admisit eidem realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem terrestrem quemcumque ex officio praesenti iam exinde addituro Et hic idem stans personaliter coram officio actisque praesentibus castren Premislien Magnificus Joannes Herborth de Fulsztin Castellanus Sanoczen et Capitaneus Premislien Recognovit a lingua sua quomodo [illegible] et hinc inscriptioni castren Premislien se et successores suos cum omnibus bonis suis incorporand [illegible] bona prefata apud prefatum Stanislaum Sstadniczky arendaria eademque non alio modo tenere et possidere solummodo arend. Qua quidem expirata extunc prefatus Stanislaus Sstadniczky in bona prefata [illegible] tanquam in sua propria et per nullam violentiam faciet. Quod manu firmat est

Castellanus Sanoczen
Hyeronymus Kroczowsky

Magnificus Joannes Herborth de Fulsztin et in Bonkowice

Castellanus Sanoczen et Capitaneus Premislien in locum officii sui subdelegavit Generosum Stanislaum Drohoiowsky S. R. M. regie Secretarium in Drohoiow heredem ad suscipiendam infrascriptam inscriptionem.

Comparens personaliter coram Generoso Stanislao Drohoiowsky in loco Capitanei subdelegato atque officio praesenti castren Premislien Cui praesidebat Generosus Hieronimus Modrzewsky Vicecapitaneus castren Premislien actisque praesentibus castren Premislien. Magnificus Joannes Herborth de Fulsztin et in Bonkowice [illegible] Castellanus Sanoczen et Capitaneus Premislien. A tribus Palatinatibus [illegible] iuribusque suis [illegible] recedendo propriis foroque competenti atque praesenti inscriptioni castren Premislien se et suos successores cum omnibus bonis suis hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus habitis et habendis in toto et plenarie quo ad actum effectumque praesentis inscriptionis incorporand inmiscerand Subiciensque Vadiumque et corpore eius pure palam perexpresseque Recognovit Quia tenetur et est debitus praesentibusque obligatur de omnibus bonis suis hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus per ubivis in Regno habitis et possessis certi veri liquidi mutui atque effectualis debiti mutuateque pecunie Summam Duorum millium Centum florenorum pecunie monete Currentis Polonicalis in regno Currentis quemlibet in florenum per triginta grossos polonicales computand. Generoso Stanislao Kroczowsky Aulico S. R. M. Quam quidem summam Duorum Millium Centum florenorum pecunie idem Magnificus Joannes Herborth se et successores suos de omnibus bonis suis hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus inscribit et obligat eidem Generoso Stanislao Kroczowsky et eius successoribus sine pro die et festo Sanctorum Petri et Pauli apostolorum proxime in anno praesenti venturo hic in Castro Premislien dare et solvere et circa acta castren Capitanealia Premislien totaliter et plenarie reponere et persolvere repositamque non ex fidem [illegible] sub vadio simili summe Duorum millium Centum florenorum pecunie polonicalis Casu vero quod si aliquam Summam prefatam Duorum millium Centum florenorum pecunie idem Joannes Herborth et suis successoribus eidem Stanislao Kroczowsky et eius successoribus pro die et termino prefatis superius expresso non solverit aut solvere neglexerit et successores neglexerint Extunc in crastino eiusdem diei solutioni assignat Vadium simile summe Duorum millium Centum florenorum pecunie et solvend irremissibiliter et defacto succumbet

Drohoyowski Kr Castella no Sanoczew